

NvK an alle Zinsleute etc. des Hospitals St. Johannis in Sonnenburg. Da nach dem Tod des Hospitalars Henricus Andree über sechs Monate kein Nachfolger benannt worden sei, habe er das Hospital dem Heinrich Pomert übertragen. Auf Bitten der Äbtissin Verena, vorgetragen durch Johann von Westernach und Jörg Ragant, habe er jedoch vorerst davon Abstand genommen, Pomert den tatsächlichen Besitz des Hospitals zu verschaffen. Nachdem die Äbtissin jedoch an den Papst appelliert habe und überdies einen gewissen Andreas Mack dazu gebracht habe, beim Papst um das Hospital zu supplicieren, sei er nun damit einverstanden, dass Pomert oder sein Prokurator in den Besitz des Hospitals gelange. Daher befehle er ihnen unter Androhung der Exkommunikation, künftig alle Abgaben nur noch dem Heinrich Pomert oder seinem Prokurator zu entrichten und innerhalb eines Monats vor dem Pfarrer von Bruneck zu erscheinen um die Zahlungspflichten zu dokumentieren und zu begleichen.

Entwurf (aut.): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 62 f. 271 (= E).

Or., Perg. (S. des NvK): BOZEN, StA, U 681 (Lade 19 Nr. 6D) (= O).

Kopie (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, E 14 p. 51f.

Erw.: Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 179; Baum, in: Germania Benedictina III 3, 647 (jeweils mit Datum 11. November 1454).

Unser Text nach der Originalausfertigung. Die Varianten des autographen Entwurfs werden vollständig im Apparat wiedergegeben.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, episcopus Brixinensis, universis et singulis cuiuscumque condicionis et status existant, qui hospitalario sancti Johannis in villa Sunnenburg nostre diocesis annuos redditus, census, porciones, decimales aut alias obvenciones  
5 quocumque nomine vocentur, nomine dicti hospitalis solvere debent et tenentur, salutem in domino sempiternam, et nostris mandatis firmiter obedire.

Noveritis, quod dudum vacante hospitali antedicto per mortem Henrici Andree<sup>1)</sup> et nullo nobis infra semestre presentato ac comperto, inquisitione facta, quod adhuc tunc lapso semestri vacaret, nos tunc, ad quem iure devoluto spectabat eiusdem provi-  
10 sio<sup>2)</sup>, de eodem honorabili Henrico Pomert, clerico Luwicensis diocesis providimus et ipsum de eodem investivimus.<sup>3)</sup> Sed quia sperabamus monasterium in Sunnenburg ordinis sancti Benedicti reformare et pro meliori conservacione reformacionis propo-  
suimus ordinare confessores religiosos eiusdem ordinis<sup>4)</sup> in eodem hospitali atque eciam ad instantem petitionem domine Verene abbatisse, quam fecit per venerabilem  
15 dominum Johannem prepositum Stukarcensem<sup>5)</sup> et Georgium Ragant<sup>6)</sup> de superse-  
dendo usque ad reformacionem<sup>7)</sup>, non posuimus ipsum Henricum Pomert in realem possessionem hospitalis antedicti.

1 miseracione – 2 Brixinensis: etc. E. 3 qui: *folgt gestr.* ad E. | hospitalario: *korr. aus* hospitale E. | sancti Johannis: sanctorum (ü.d.Z.) apostolorum Philippi et Jacobi E; *folgt gestr.* situm E. | villa: ü.d.Z. E. Sunnenburg; Sonnenberg E. 5 nomine<sup>2</sup> – hospitalis: ü.d.Z. nomine hospitalis E. | dicti: a.R. O; *fehlt* E. 6 sempiternam: *folgt gestr.* ad E. 7 Henrici Andree: v.a.H. in *freigelassenen Raum eingefügt*. 8 ac comperto: ad ipsum E. 10 Luwicensis: *fehlt in E, Raum freigelassen*. 11 Sunnenburg; Sonnenberg E. 12 ordinis – Benedicti: ü.d.Z. E. 13 in – 14 eciam: ü.d.Z. E. 14 Verene: *folgt* tunc E. 15 Stukarcensem: Stokarten- sem E. | Georgium: v.a.H. *eingefügt* E. | de – 16 reformacionem: ü.d.Z. E. 17 antedicti: *folgt gestr.* et E.

Postquam autem Verena fugiendo reformationem frivole a nobis appellavit<sup>8)</sup>, deducto etiam ad nostram noticiam, quomodo ipsa cum quodam Andrea Mack convenit, ut ipse hospitale impetraret in curia<sup>9)</sup> et frivolam appellacionem eius defenderet, considerantes amplius non esse differendum, consensimus, quod procuratores ipsius Henrici Pomert realem possessionem hospitalis ipsius arriperent. Per nos enim non stetit, quominus negocium fuisset usque ad reformationem delatum; sed per ipsam Verenam, que post instanciam de supersedendo clam ordinavit impetrationem fieri per Andream Mack antedictum. Quocirca vobis omnibus et singulis, qui porciones, decimales, redditus, census et quecumque emolumenta annue hospitalario solvere tenemini, presencium tenore et sub excommunicationis pena precipimus et mandamus, quatenus nulli alteri nisi Henrico Pomert aut eius procuratori de ipsius hospitalis fructibus et redditibus respondeatis, et quod infra mensem a data presencium in opido nostro Braunecka coram plebano<sup>10)</sup> aut eius vices gerenti<sup>11)</sup> compareatis per vos aut vestros legitimos procuratores id, quod annue hospital(ari)o antedicto solvere et dare tenemini, recognoscendo et in scriptis tradendo atque ex post quantocius de omnibus, ad que obligamini, studeatis integre eidem satisfacere, certificantes vos, quod nisi infra mensem, ut prefertur, feceritis, sicut precipimus, nos contra singulos ad penas et censuras, prout iustum fuerit, procedemus.

Datum Brixine sub nostro sigillo die duodecima novembris, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

18 autem: *folgt gestr.* ipsa E. 20 defenderet: *folgt gestr.* nos E. 22 realem: *ü.d.Z.* E. | hospitalis ipsius: *ü.d.Z.* E. | non: *ü.d.Z.* O, *fehlt* E. 23 delatum: *ü.d.Z.* E. 26 hospitalario: hospitalorie E. 28 nulli – 29 quod: *ü.d.Z.* und *a.R.* E; de ipsius – quod *unter dem Text v.a.H.* (*Peter von Erkelenz?*) *wiederholt, da die Wörter am schmalen Rand fast unleserlich waren, E.* 30 Braunecka: Brunecka E. 31 id: *ü.d.Z. korr.* E. | hospitalario: hospitalo O, *korrekt in E.* 32 recognoscendo – tradendo: *ü.d.Z. korr. aus gestr.* exprimatis, ut conscribi possit E. | et: aut E. 33 ad – obligamini: *ü.d.Z.* E. | eidem: *ü.d.Z.* | certificantes: *folgt gestr.* quod E. 34 sicut: sicut E. 36 Datum – 37 quarto: *v.a.H.* datum Brixine sub nostro sigillo die xii novembris E.

1) S.o. Nr. 4124.

2) X 3.8.2 (*Nulla ecclesiastica*), ed. Friedberg II 488 (= *Lateranum III, c. 8, ed. COGD II 1, 133*).

3) S.o. Nr. 3724 (1453 November 10), 4123f.

4) *Gemeint ist die Visitation vom 29. November 1453 durch die Tegernseer Mönche Bernhard von Waging und Eberhard von Wölfratsbausen; s.o. Nr. 3739.*

5) *Johann von Westernach, Propst zu Stuttgart und Vetter der Äbtissin; vgl. Nr. 2687 Anm. 8.*

6) *Jörg Ragant, Richter zu Sonnenburg und Vertrauter der Äbtissin, s.o. Nr. 2498 Anm. 5.*

7) *Diese Bitte ist sonst nicht belegt. Sie gehört in den Kontext der Verhandlungen um eine Resignation der Äbtissin Verena, welche im Februar/März 1454 maßgeblich von dem hier genannten Johann von Westernach geführt wurden; s.o. Nr. 3850-3855.*

8) S.o. Nr. 4093.

9) S.o. Nr. 4132f.

10) *Bruneck gehörte zur Pfarrei St. Lorenzen; der zuständige Pfarrer war Michael von Brunn. S.u. Nr. 4164 Anm. 1.*

11) *Der Pfarrer von St. Lorenzen stellte zur Seelsorge in Bruneck dauerhaft sechs Priester ab; vgl. K. Wolfsgruber, Zur Kirchengeschichte von Bruneck, in: Brunecker Buch. Festschrift zur 700-Jahr-Feier der Stadterhebung (Schlern-Schriften 152), Innsbruck 1956, 27-46, hier 27f.*